

id est utrumq; in possessione manere per l. 3. pr. D. uti posside-
tis. Sed & ex naturalis seu meri juris principiis disputavi, ac
cetero Paulo JCto controversiam autoritatis (quam ipsi Justinianus dedit, responsaq; ejus in Pandectas relata vim legis civilis ha-
bere voluit) minimè facturus.

XXVI.

Cum porrò dixerimus Præbendas indivisibiles esse,
concurſns ad eas perplexi exempla videamus. Et est CA-
SUS XII. *in c. authoritate martini 7. de concess. præb. in 6.* In
Ecclesia Parmensi Martinus Papa concessit gratiam expe-
ctativam Titio A, deinde Bonifacius Cajo B. deniq; idem
Bonifacius Sejo C. cùm clausula ut præferatur omnibus gra-
tiam habentibus à suis antecessoribus, non verò à ſe. Ortā
vacantiā quæritur quis prior fit: FUNDAMENTA LO-
CATIONIS sunt: (1) *Titius præfertur Cajo* prioritate tem-
poris, (2) *Cajus Sejotū ob cessationē clausulæ prioritatē temporis* irritantis. (3) *Sejus Titio* per clausulam expressam. Circulus
& PERPLEXITAS manifesta eſt. SCHEMA non adhibebimus
singulatim, contenti ſemel tum in frontispicio, tum in §. 20.
poſuiffe. Unde quo facilius exempla poſſint ad Schema ap-
plicari, & addidimus hīc, & addemus alibi literas A.B.C.
DECISIO Pontificis eſt in d. l. 7. ut Imo loco ponatur Ca-
jus, ſecundus, Ido Sejus Tertius, IIItio Titius primus.
Approbamus nos decisionem, v. ſupr. 20. §. fin. ſed non ra-
tionem, quia Pontifex argumentatur ex l. 2. §. 17. D. ad Sct.
Tertyll. ſed, ut ibi diximus eſt contra rationem juris, talia
autem non ſunt trahenda ad conſequentias l. 14. ¶. 39. D. de
Legibus. Porrò Compostellanus in l. 7. alum caſum XIII.
affert: Primus A accipit gratiam generalem, ſecundus B.
specialem, Tertius C. specialem cum clausulâ, quod omni-
bus præferri debeat generalem gratiam habentibus. Fun-
damen-

D

damen-